

cum illa libertate et modis omnibus, quam habent in alijs sibi commissis.

Capta. Ceterum, cum in commissione dictorum prouisorum contineatur, quod non impediunt se de rectoribus et officialibus, qui modo sunt in partibus illis
 15 etc. Et forte presentialiter sunt in dictis locis rectores et officiales, qui etiam fuerunt ipsi comprehensi in dicta commissione in partibus illis, contra quos si essent in culpa non posset inquiri; uadit pars, quod declaretur quod dicti prouiso-
 sores non possint se impedire de regiminibus presentibus, sed de regiminibus preteritis inquirant diligenter et bene secundum formam sue commissionis.

20 Item addatur in commissionibus dictorum prouisorum, quod reperiendo aliquem in culpa, qui forte in partibus habeant libertatem imponendi sibi penam, quod ueniant personaliter, uel mittant commissionem ad plenum ad personam, que possit et debeat ea uti taliter quod sit sufficiens, responsator ad consequendum intentionem nostri Domini, sed ipsi prouisoires notificent capitula super quibus
 25 debeant fieri commissiones ad respondendum.

Item, corrigatur commissio dictorum prouisorum in tantum, quod sit in libertate dictorum prouisorum primo incipiendi, et eundi, ad illum locum, ad quem eis melius et utilius uidebitur.

Die dicto 22 Maj.

30 Quod concedatur nostris prouisoribus pro bono agendorum nostrorum, quod ultra illud, quod limitatum est eis pro expensis, in casu quo irent per terram de loco ad locum, quia tunc plus expeditur, possint expendere tam pro nabulis, quam agozijs illud, quod eis fuerit opportunum expendendo quam minus poterunt pro bono Comunis. Insuper si aliquis officialis commisisset tale quid et sic enorme,
 35 quod ipsi prouisoires suspicarentur, quod ipse non ueniret Venecias propter grauitatem delicti, tunc in isto casu ipsi prouisoires cum rectore loci, existentibus ipsis prouisoribus et rectore de ipsa opinione, possint facere personaliter detineri ipsum officialem, et mitti Venecias sicut sue discretioni uidebitur considerata
 39 culpa sua.

17

Πρὸς οἰκονομικὴν ἀνακούφισιν τῆς διοικήσεως Κρήτης περιορίζεται ὁ ἀριθμὸς τῶν δικηγόρων τῶν μισθοδοτουμένων ὑπ' αὐτῆς, καὶ μεταβιβάζονται εἰς τὸ δικαστήριον τῶν ἐφετῶν πᾶσαι αἱ δίκαι κτηματικῶν διαφορῶν. Οὕτω ἀντὶ τῶν ὀκτὼ ἀνωτέρων καὶ ὀκτὼ κατωτέρων δικηγόρων, θὰ εἶναι τοῦ λοιποῦ δώδεκα ἰσόβαθοι. 1373, Μαρτίου 20.

F^o135^{to} Millesimo trecentesimo LXXIII., die XX Marcij.

Capta.—Cum regimen Crete, sicut omnibus est notorium, sit multum grauatum et propter magnos et continuos labores, non potest attendi ad multas utilitates et comoda nostri Communis; ad que omnia prouideretur, si illud regimen foret



alleuiatum de aliquibus laboribus, in quibus potest bene et habiliter prouideri; 5
uadit pars, quod ipsum regimen in tantum alleuietur quod omnia, que sunt de
possessio, sicut sunt domus, loca, zardina, molendina et alia que quomodocunque
spectarent ad possessionem, uel possent spectare de cetero, uadant et spectent
ad cameram iudicum Proprij Crete, uidelicet ab yperperis centum infra. Et quod 10
dicti iudices teneantur sedere omni die de mane et post prandium ad horas cam-
panarum, et habeant caratos de predictis rebus sibi commissis. Et ut omnibus
occurrentibus detur expeditio sicut sunt octo aduocati de magnis et octo de
paruis, ita in totum debeant esse de cetero duodecim; qui debeant diuidi in
hunc modum, uidelicet, quod Duca et consiliarij accipiant quatuor aduocatos,
qui debeant placitare et facere petitiones coram eis, et alios aduocatos quatuor, 15
quos deputent ad curiam Proprij, et alios quatuor ad curiam Petitionum, et
quod illi quatuor, qui erunt ad curiam Proprij non possint placitare ad aliam
curiam, quam ad curiam Proprij ullo modo; alij uero, qui deputabuntur ad
curiam Petitionum, et coram Dominio, uel regimine Crete, possint ire et placi-
tare ad alias curias, quando non habebunt facere coram Dominio, uel regimine 20
Crete, accipiendo tamen licentiam a Dominio, uel regimine Crete et a iudicibus
Petitionum, qui possint et debeant concedere licentiam dictis aduocatis secun-
dum agenda, que occurrent et erunt fienda. Et ordinetur, quod omnes dicti aduo-
cati sint ad unam partem et ad unum denarium, uidelicet sex ab una parte per
se, et sex ab alia per se; et per istum modum alleuiabitur regimen Crete et 25
semper poterit attendi et prouideri ad bonum et utile Communis; et dabitur
causa, quod illuc uadant sufficientes et boni iudices et optimi aduocati. Et si
consilium etc. 28

18

Δι' ἐκάστην ἀπόφασιν δημοσιευομένην, ὑπὸ τῶν ρεκτόρων Χανίων θὰ εἰσπράττηται τοῦ λοιποῦ
ἡμῖν γρόσιον δι' ἕκαστον ὑπέρπυρον, ἀντὶ τοῦ μέχρι τοῦδε ἐνός, τὸ ἡμῖν τοῦτο θὰ διανέμηται
ὥς καὶ πρότερον, ἐξ ἡμισείας ὑπὸ τοῦ ρέκτορος Χανίων καὶ τῶν δικαστῶν, τηρουμένων τῶν
ὑφισταμένων διατάξεων. 1374, Μαΐου 28.

F^o 141^v Millesimo trecentesimo LXXIII, die XXVIII Maij.

Capta.—Cum alias MCCCLVIII die XXIII Marcij capta fuerit pars in consilio
Rogatorum, quia tunc regimen Canee erat male solutum, quod exigeretur
unus grossus pro yperpero de sententijs non solutis, ad terminum, cuius grossi
medietas esset rectorum Canee, et alia medietas Iustitiariorum deinde. Et sicut 5
notum est, ipsum Regimen est optime et bene solutum; uadit pars quod sicut
exigitur unus grossus pro quolibet yperpero de sententijs et diiudicatibus, qui
mittuntur executioni per rectores Canee, ita exigatur in totum medius grossus

